

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

tam prefati loci fratribus quam rebus eorum firmam pacem teneant. Si quis vero forté Cisma eis obitiat, noverit, quod querelam istam ex parte Domini Imperatoris eis remisimus, & securos & immunes ab hac inquietudine toto tempore Cismatis eas constituimus. Quod si quisquam contra hoc nostre tuitionis munimen de rebus eorum quicquid auferre presumpserit, nisi clericus restituat, inimicitiam nostram incurrisse se noverit.

Nota. LEU in *Lexico Helvet.* Part. IX. pag. 513. literas has protectorias Bertoldi ad A. 1157. posuit.



L V.

ORIGINES ABBATIE TENNEBACENSIS.

A N N O M C L X I.

*Ex autographo abbatie Tennebacensis.*

**A**nno ab incarnatione Domini M. C. L. X. primo venit Abbas Hesso de Frienisberch cum duodecim Monachis ad locum, qui dicitur Tennibach, cujus fundum emerunt cum quibusdam prediis adjacentibus, id est, Labirn & Brettenhart & Mutirfegin, & duo feoda Musbach cum omnibus appendiciis suis, & ut libere ligna succidant ad

ufus eorum necessaria in filva Muterftegen, que ad Musbach pertinet, & pertinentiis fuis cum aquis & aquarum decurfibus, agris, ortis, pratis, pomeriis, filvis, pascuis, cultis & incultis, pifcationibus. Emerunt autem à nobili viro Cunone de Horwin, qui liber ut erat, libere eis contradidit, coram *Marchione Hermanno in Caftro Hahberc* pro XXX. Marcis & mulo, ficut ante in prefentia *ducis Berhtoldi*, ipfo mediante & *figillo fuo confirmante* concluderant pactum. Teftes autem hujus facti funt. Comes Berhtoldus de novo caftro. Burchardus de Vfenberc. Cunradus & Wernherus Advocati de Swarcinberch de Valckenftein duo fratres Germani. Waltherus & alter Wernherus de Roggebach. de Stouphen. Gotfridus de Schophfein. Berhtoldus. Marfcalcus. Mynifteriales Marchionis. Wolpoto. Herman mile. Wernherus Sturmere. Hartmuot de Keppenbach, Cunradus de Alzina. Burchardus de Tonful & alii quam plures fide digni.

Nota. Appenfum chartæ figillum Bertoldi IV. Ducis, Rectoris Burgundiæ.

Waltherus de Horwen inter teftes legitur chartæ Petrinæ A. 1112. ap. SCHANNAT. *Vindem. Liter. Collect. I.* pag. 160.